Mythologia, Padoue, 1616 - 81 : Hercule jeune

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 26 : Hercule jeune *a pour reproduction ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 81 : Hercule jeune, 1616

Consulté le 05/02/2026 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7800

Copier

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 363
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7800?context=pdf



Fichier issu d'une page

ceates, Buphonas, Gauatas, Cygæus, Crytidas. Deinde boues, obtruncatis latronibus cum mare Ionium traiecisset, ad Eurystheum Mycenas deduxit, quos omnes ille Iunoni immolauit. Dicitur Geryon Hiſpaniæ tunc imperans tres habuiſſe filios potentia & peritia rerum bellicarum inſignes, qui ſingulari conſilio & concordia in protegendo regno paterno vtebantur. Hercules aduerſus hos militaturus copias collegit in Creta, qui populi erant bellicoſi, quippe qui primi omnium mortalium militaria ſtipendia meruerint: quam etiam inſulam ad gratiam Cretenſium inſignibus honoribus affectus omnibus propè feris expurgauit, quare neque ſerpentum, neque luporum, aut vrſorum ſemina ibi ſunt relicta, aut cæterarum conſimilium ferarum. Fabulantur Herculem poſt ductos ad Tarteſſum boues poculum ſuum Soli reddidiſſe: nam dicitur Hercules cùm ad boues contenderet, Solis radiis nimium calefactus arcum vel in ipſum Solem intendiſſe; quare Sol eius vires, & animi magnitudinem admiratus, aureum poculum illi donauit, in quo Oceanum ad boues capiendos traiecit, vt ait Pherecydes in 3. libro hiſtoriarum: atque vbi per Oceanum nauigaret in eo poculo, Oceanus cùm vellet facere periculum conſtantiæ & fortitudinis Herculeæ illi inſignem tempeſtatem immiſit qua poculum magnopere fluctuabat. Tunc iratus Hercules vel contra Oceanum arcum intendit, quod Oceanus veritus eius iram placare ſtuduit. quamuis Theolytus in 2. lib. Horarum illum in lebete nauigaſſe ſcribit. Fama eſt præterea Iunonem, cùm nupſiſſet, multas pomos, quæ aurea mala producerent, Ioui in dotem dediſſe, quæ apud Heſperidas nymphas à dracone peruigili cuſtodiebantur. Fuerunt Heſperides Heſperi fratris Atlantis filiæ, Aegle,



Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE
Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7800?context=pdf